

11. Januarii 1794  
Commissio data D. Georgio Keuler  
Priori D. Nasteris ut incumbat  
restitutioni bonorum J. Gorney  
in usbe appresi.

Fr. Nicolaus Albergati Prior Cartusie <sup>Ypsi</sup> in Christo Patri  
D. Georgio Kenler Priori Cartusie <sup>Diaetensis</sup> plurimum  
in Dño salutem

Cum pro nunc Cartusia Monachorum Gosnay —  
officialibus sibi necessariis destituta remaneat, qui  
serviente ~~tempore~~ <sup>persecutione</sup>, vel incarcerati, vel mortui sunt,  
iuxta debitum muneris quo fungimur, opportunum ducimus  
aliquem deputare, qui <sup>in</sup> ~~dicta~~ Cartusia Gosnay ~~bona~~ <sup>bona</sup>  
in urbe yprensi possidet, recuperare sataget. —  
in te igitur conpicimus oculos qui ejusdem domus —  
professus es, et Prior olim fuisti; ideoque nullum —  
aliium ad hoc opus navandum te aptiorem reperire  
possumus. Tenore igitur presentium <sup>te</sup> tibi curam  
Committimus, ut dominos Cesareae Majestatis Egregios  
Commissarios accedas, et omnem sollicitudinem —  
adhibeas quatenus domus Monachorum <sup>Gosnay</sup> tuae professionis  
Bona sibi in urbe yprensi debita in manibus tuis —  
restituantur, quae ut depositum servabis usque ad  
tempus quo in pristinum <sup>statum</sup> <sup>restaurabuntur</sup>. —  
ut autem hoc opus tibi per presentes commissum —  
feliciter perficere valeas, opulentum tibi de Coelis  
apprecamur auxilium. Datum Bononiae <sup>11 Januarii</sup>  
1794

A bona, quon dicta cartusia gosnay  
restaurari possit iudicata domus